



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

jori parte emerint eōi nomine, illa tenetur edicare, quia nō debet societas claudicare: Ista sunt uerba Bal. in d. l. cū oportet in 2. col. in f. uerbis cum se querit, & sunt de mente Ricar. & Cyn. in l. cū duobus §. si fratres. ff. pro socio, & ibi Bal. in repeti. & in l. titiū §. altero, ubi Bar. & Alex. ff. de administ. tuto. & Bal. in l. certū C. fami. hanc. q. sunt uera, q. ipsi fratres simul habitarent in eadē domo, & cōiter se exerceant, & essent tales, qui possent negotiari, & se obligare; secus si unus, uel plures non possent negotiari, ut quia essent pupilli, uel aliter impediti, aut aliquis non se exerceat, nec negotiaretur, quia cū tali, uel talib. nō psumeretur societas sc̄ta, neq; cū illo essent lucra cōicanda, nec diuidenda, d. l. titiū, & mōcium §. altero, & ibi Bar. & alij, facit l. si paruus, & ibi Bar. Bal. Sali. & oēs C. cōia utriusq; iudi. Ita expresse uoluit Bal. in d. l. cū oportet in 3. col. facit, qd uoluit Bar. Alex. & alij in l. illud C. de collatio, & hī de his plenē per Bal. post Bar. in d. l. si paruus maximē in pen. col. ex quorū uerbis colligitur, dici sc̄tam esse tacitē societatē inter fratres, & lucra esse diuidenda inter eos, q. de cōibus pecunijs, & reb. negotiantur, & cōiter, & simul oēs se exerceant, & negotietur, omnesq; sint puberes, & maiores, secus si aliquis sit pupillus, nisi prout declarat Bal. ibi pupillus haberet tutorē, cū quo posset dici sc̄ta talis societas, & omnia lucra ponerent in cōi ad utilitatē omnium: de hoc hī et per Alex. in consi. 99. in 2. uolu. & per Bar. & Bal. in tractatu de duob. fratrib. qui optimē loquuntur de hac materia: sed fratres d. Titij post obitum Martini eorū patris se exerceant, & negotiari sunt mediante sua industria, & labore, & nō de cōibus bonis, nec simul habitauerunt in eadem domo cū Titio, & Titius non se exerceat, & fuit pupillus, & minor, item eōi nomine ipsius Titij alij fratres non sunt negotiari, nec bona acquisierunt, sed suo proprio, ergo nō pōt dici aliqua sc̄ta inter eos societas, & acqui sita per dictos fratres minimē sunt cōicanda, & diuidenda cum d. Titio, sed omnia acquisita ab ipsis debent esse propria ipsorum, ut in locis supra allegatis, alioquin lucuosum esset, ut ipsi cōicarent aliter, q. ex suis laborib. uel prospera fortuna ipsis acceperit, ut in §. 1. in f. instit. p. quas perso. nobis acqui. & in d. l. cum oportet. ¶ Cāpo ultimū dubium, in quo paucis utar, concludendo, q. aut Titius dī esse filius dicti martini, ut fuit supra conclusum, nisi p̄ nium legitimē, & cōcludēt probaretur: ¶ tunc ipse pōt ab intestato unā cum alijs succedere in bonis Bertæ matris, nō obstante assertione, seu confessione matris tria, quæ negat eum fuisse filium Martini mariti, sed Petri adulteri, qm̄ quo ad eius cōiunctionē mater per suam assertionē nō pōt p̄iudicare filio, ut ipse dicatur spurius, ut est casus in terminis, qui hanc quæstionem remouet in l. fi. in f. ff. de probat. facit tex. in l. non nudis cū l. præceden. C. eod. tit. & ideo si Berta mater condidit testm̄, in quo d. Titij præterit sine iusta cā, testm̄ esset ipso iure nullum, ut in §. aliud quoq; capitulū cum simil. in auth. ut cū de appellatio. cognō. si uero aliquid ei reliquit iure institutionis, qd sit minus legitima debita iure natura, ipse poterit agere ad supplementū loimodo, l. si q. C. de inoff. testa. & ibi gl. & doct. iuncto tex. in d. §. aliud quoq;. Aut uerō d. Titius est, uel ostenditur filius nō Martini, sed Petri adulteri, pro ut affirmat eius mater, ut q. ultra assertionē matris legitimē, & cōcludēt fuerit probatū. fm̄ q. supra dictū fuit: tūc cōcludo illū tanq. filiū adulterinū nō posse succedere matri in bonis, & hereditate sua tam ex testō, q. ab intesta

to, ut est tex. & ibi gl. Bar. & doct. in l. si qua Illustris Cad. orisi. tradit p. Anto. in c. cū haberet de eo, qui duxit in matri. q. polluit p. adulter. & in d. c. trāmissa cum. simil. & habetur per gl. in §. nouissimē in l. de senatus consul. orificia. cum simili. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

- 1 Natus ex uxore conceptionis tempore adultera p̄sumitur filius mariti: Declaratur num. 5. 9. & 10.
- 2 Idem si uxor adultera à uiro expulsa ad lupanar accessisset, ibiq; filium peperisset: Declaratur num. 11.
- 3 Idem, si in domo uiri natus esset, diuq; uxor à uiro diuertisset, uel adulteriū cōmisset, uel diu sterilis fuisset: declarat. n. 12.
- 4 Filius natus ex uxore, q. aliquandū à uiro absuit, in nono potius, q. in septimo mense natus p̄sumitur: Declaratur. num. 13.
- 5 Filiationis probatio qualiter fiat per totum consilium.
- 6 L. filium ff. de his, qui sunt sui, uel alie. inris intellectus.
- 7 Uxor à marito diuertens si se pregnantem infra triginta dies marito non denunciauerit, natus postea ex ea nec natus, nec conceptus ex uiro p̄sumitur.
- 8 Sola uxoris cohabitatio præterita non arguit natum ex ea esse filium mariti, & num. 10.
- 9 Natus in domo uiri ex uxore filius mariti p̄sumitur, neq; auditur maritus contrarium dicens, nisi legitimē probet: Secus si ex sola uxore, non autem in domo natus esset.

E P I T O M E.

Natus ex uxore, quæ à marito diuertit, in domo alterius quod non dicatur, neque si filius mariti, hic ex multis hoc in casu concurrentibus, demonstratur.

C O N S I L I V M C L X I I.

N causa filiacionis Ioannis baptiste infantis, quam habet Bartholomeū de Mariscalchis negantē d. Ioannem Baptistā esse natum ex Francisco; Quatuor sunt, q. ipsum Bartholomeū rem faciunt dubiam, primū q. ipse Ioannes baptista natus fuit ex D. Laura uxore legitima ipsius, Francisci per tex. in l. quia semp. ff. de in ius uoc. quorū n. sumus in dubio possibilis honesti & possibilis inhonesti, capiēda est interpretatio honesti, & ideo q. uis probaretur, uxore fuisse adulteram tpe conceptionis, nihilominus p̄sumere natus ex uiro l. miles §. defuncto ff. de adulte. Bal. in l. si uicinis C. de nup. & cōiter canonistæ in c. transmissæ, & in c. per tuas qui filij sint legit. & in c. per tuas de probatio. & expresse hī per Bal. in l. filiū ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iuris, & per Alberi. post Odo. in d. §. defuncto cum alijs plurib. q. possent allegari. ¶ Secundo, rem facit dubiam ¶ d. Cyn. & Alberi. in d. l. si uicinis loquentium de uxore adultera expulsa à uiro, quæ accessit ad lupanar, ibique peperit filium, nam ita natus censetur filius mariti, quia possibile est, ut ex eo conceperit, ex quo ab alio certo nō pōt p̄sumi cōceptus, cum vulgo fuerit conceptus, argō l. quicq; in f. ff. de in ius uocan. §. si aduersus in l. de nuptijs. ¶ Tertio ad fauorē Ioannis baptiste faciunt ea, q. hī per Abb. & alios in 1. nota, & ibi And. Barba. in c. per tuas qui filij sint legit. ubi tanta est p̄sumptio pro filio nato in domo uiri, q. quicq; ipsa q. uis diuerterit, seu adulterium commiserit, seu diu penes maritum sterilis fuerit ramen p̄sumitur filius mariti, nisi p̄betur absentia, aut infirmitas mariti, per q. constet, nō posse esse illius filium. ¶ Quarto pro ipso Ioanne baptista facit distinctio quadrimembris in tertio, & quarto capite D. Philippi Decij in d. c. per tuas de probatio. ¶ ubi fauore filiacionis, & matrimonij filius natus ex uxore, quæ aliquo tpe fuit absens à uiro p̄sumitur potius natus in nono mense, q. in septimo, & maximē q. illa solita erat parere in nono mense, & hic vī calus noster, ut hī per Bal. in l. i. primo. ff. de statu homi. Sed præmissis non aduersantibus

5 tantib. contrarium puto uerius esse, stantib. in facto
 ijs, quæ mihi præsupponuntur, & pro fundō facio
 hanc conclusionē, q̄ ad probandam filiationem
 non fufficit simpliciter probare, quem esse natum
 ex uxore, seu tpe, quo erat matrimoniū inter Ti-
 tium, & Bertam, natū fuisse ex Perta, nisi ēt probet
 aliquod aliud adminiculū, qd̄ faciat præsumi, illū
 fuisse natum, seu conceptū ex ipso marito, ut q̄ na-
 tus fuerit ex uxore in domo uiri, ut in l. si uicinis,
 & ibi Bal. & omnes C. de nuptijs, & in l. si matre C.
 de suis, & legi. ubi inquit, q̄ si ea, q̄ ilico mortuo
 marito transiuit ad secunda uora, peperit infra no-
 uem menses, quia partus pōt esse ex primo, & secū-
 do matrimonio, censetur filius illius, in cuius do-
 mo peperit, & illi tanq̄ patri pōt succedere, & alle-
 gat tex. in l. filium ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur.
 6 & sic Bal. illū intelligit, qn̄ quis natus esset in ma-
 trimonio ex uxore in domo uiri, & ita cōiter ēt
 cum intelligunt ibi scribentes: & hoc est ēt, qd̄ uo-
 luit dicere Bar. in l. siue 5. §. quia plautianum ff. de
 agnoscent. liber. in 3. col. dum dicit, q̄ probatur filia-
 tio eo ipso, q̄ mulier stetit in matrimonio cū uiro
 defuncto, & partus est natus infra tps, à quo possi-
 bile est filium suum nasci d. l. filium, requirit ergo
 Bart. q̄ mulier steterit in matrimonio cū marito
 mortuo, cumq̄ illo habitauerit, & p̄nt intelligit d. l.
 filium, qn̄ natus esset quis ex uxore in domo uiri:
 hoc idem probat tex. in c. per tuas de probatio. ubi
 ultra q̄ quis natus fuerit ex concubina, uel ex uxore,
 cōsiderat, uel q̄ natus fuerit in domo, aut tanq̄
 filius educatus, aut tractatus, & nominatus, & ibi
 doct. cōiter in hoc conuenire v̄r, q̄ ultra, q̄ probe-
 tur natus ex uxore, aut cōcubina, necesse est ēt pro-
 bari aliud adminiculum saltem præsumptiuē, infe-
 rens filiationem, aut quasi possessionem filiationis,
 ut ibi per Abb. D. Anto. & Modernos, idem proba-
 tur in c. transmissa: qui filij sint legi. ubi est tex. nota-
 bilis, uel saltem debet adesse fama uicinia, & cōsan-
 guineorū, ut in d. l. si uicinis, d. c. per tuas, qui filij
 sint legit. & h̄ in d. c. transmissa, & latius per D. Anto.
 in d. c. per tuas de probatio. unde inquit Bar. q̄
 qn̄ quis uult probare filiationem alicuius, debet fa-
 cere duos articulos, unum, q̄ talis est, uel fuit filius
 talis fm, q̄ ille, qui d̄r pater, eum habuit, tenuit, &
 tractauit, ut filium, & ex hoc præsumetur filius nisi
 p̄rium probaretur, & quis ipse in d. l. filium uideat
 præsupponere plura alia fore articulada, tñ Alex. in
 consi. 51. in 1. uol. tenet, q̄ non omnia copulatiue
 sunt pbanda, sed alternatiue, v. c. 3. q̄ natus sit ex uxore
 in domo, seu ut filius tractatus, & educatus, aut
 nominatus, ut ibi, & dicit Bal. in rub. C. de p̄batio.
 in ultimis uerbis, q̄ si probatur, q̄ filius, & puer na-
 tus fuerit in domo uiri, præsumitur natus ex matri-
 monio, hoc est ex uiro d. l. miles. §. defuncto. ff. de
 adulte. & hoc procedit ex ui necessitatis legalis d. l.
 filium, & idem, ut dixi, uoluit Bal. per illum tex. in
 d. l. si uicinis, q̄ ex quo quis natus est in domo uiri,
 præsumitur filius ipsius uiri, ex quo natus est in il-
 lius domo, sciētib. uicinis, qd̄ procedit ēt, qn̄ uxor,
 quæ stabat in domo uiri, cum alio se miscbat, ut
 in d. §. defuncto, & sic v̄r omnino doct. uelle, q̄ nō
 sufficiat probare, quem natum esse ex uxore, nisi ēt
 probetur aliquid ultra, ut supra dictum fuit: q̄ plura
 consilia docto. ad hoc possem adducere, quæ breui
 tatis cā omitto. Sed in casu nostro quis fortē proba-
 tum fuerit d. Ioannē baptistam natū fuisse ex
 D. Laura uxore Francisci, tñ nō fuit probatū aliud
 adminiculum, ut q̄ natus fuerit in domo uiri, aut
 q̄ is fuerit habitus à uicinis, aut d. Francisco filius
 nominatus, tractatus, aut educatus, ergo & c. ¶ Se-

7 cundo, moueor ex eo q̄ hac D. Laura asserta ma-
 ter d. Ioannis baptistæ diuerit, & recessit à Franci-
 sco marito, & ut d̄r, eo tpe, quo erat prægnans, &
 extra domum Francisci peperisse d̄r, ignorante ip-
 so Francisco, & absq̄ illa post discessum denun-
 tiauē se prægnantē infra xxx. dies, ac ēt 40. imo
 nunq̄ se ostendit prægnantē, nec aliter notifica-
 uerit ipsi Francisco, qui p̄p̄ea non debuit partum
 agnoscere, tanq̄ filium, nisi constiterit esse suum l.
 1. §. denuntiare, & §. idē per p̄rium. ff. de agnoscen-
 libe. & Spec. in tit. qui filij sint legit. uerū in illa uo-
 ro præiudiciali, dicit, q̄ si facta separatione mulier
 infra xxx. dies marito non denuntiauē se ex eo
 prægnantē esse, non est uerisimile, q̄ de suo uiro
 conceperit, sed alius medio tpe in parietē suū ti-
 gnum immiserit, & idē necesse est, ut quis probet
 se filium, non obstantē præsumptione, q̄ sit natus
 ex uxore, quia ultra hanc præsumptionem requiri-
 tur, q̄ aliter probetur præsumptiuē illum esse filiū
 mariti, ut in d. l. 1. §. debeat, & in §. sed si maritus,
 quod summam cognosceret iudex, ut ibi not. per
 gl. & in l. si quis ex liberis §. si uel parens. ff. de libe.
 agnoscent. & dicit Aret. in d. c. per tuas in 1. notabili,
 8 q̄ sola cohabitatio præterita uxoris non probat
 quem natum, seu conceptum fuisse ex marito, sed
 requiritur, q̄ probetur ēt aliud, v. c. 3. nominatio, tra-
 ctatus, seu fama uicinie, ut supra, & p̄batur in d. c.
 per tuas, ubi hæc oīa simul ponderantur, & ad hoc
 Aret. ēt allegat tex. in d. l. 1. §. idem per p̄rium quo-
 que ait, si mulier, qui optimē probat, q̄ cohabita-
 tio præterita, item q̄ natus sit ex uxore, non arguit
 filium esse natum, seu conceptum ex marito, qn̄
 non fuit denuntiātū infra xxx. dies, sed requiritur,
 q̄ aliter constiterit eum esse filium; idem probatur
 clarē in d. l. 1. in §. debeat, ibi non alias habebit
 necesse agnoscere, nisi uerē filius fuerit; & gl. ibi dicit,
 iudicem hoc debere summam cognoscere, & in
 §. si mulier inquit, q̄ in quantum tex. ibi dicit nihil
 hoc nocere ei, qui editur, si probabit ipse se esse fi-
 lium, & sic ultra q̄ natus fuerit ex uxore, item q̄ si-
 mul cohabitauerint, non arguunt esse filium uiri,
 si ipsa mulier post discessum à uiro infra xxx. dies
 non denuntiauē, & hæc iura cū ibi not. sic uo-
 luit inducere D. Aret. quæ non possent melius face-
 re, si ita iungantur, & inducantur, & huic sententiæ
 astipulatur id. quod uoluit Abb. in d. c. per tuas in
 1. & 4. notabili de probatio. q̄ natus ex uxore in do-
 mo uiri illius præsumitur filius, & quando de neces-
 sitate probari non pōt, quem esse natum ex aliquo
 tunc ad probandā filiationem requiritur, q̄ probet
 cōis reputatio, nominatio, parentum, uel aliud, de
 quo in c. transmissa qui filij sint legit. ¶ alias autē ex
 quo qui natus est in domo uiri ex uxore sua, præsu-
 mitur adeo filius mariti, q̄ nō auditur maritus vo-
 lens illum dicere filium non esse suum, nisi probet
 p̄rium, ut q̄ tpe cōceptionis ipse fuerat absens, aut
 infirmus: & sic expressē innuit matrimonium non
 facere præsumi natum esse ex marito, nisi ēt, probē-
 tur alia, ut q̄ natus fuerit in domo uiri, uel tracta-
 tus, uel nominatio, & fama uicinia, & maxime hoc
 procedit, quando uxor, seu concubina diuerisset,
 ut ibi per Abb. per illum tex. qui loquitur de cōcu-
 bina in domo retenta, quæ diuerit, & Abbas, &
 alij non faciunt in hoc differentiam inter uxore,
 & concubinam, & hæc est intentio scribentium
 cōiter in d. c. per tuas, & ibi D. Felin. in 1. not. & in
 gl. 1. uult, q̄ quis sit natus ex uxore in domo, hoc
 sufficiat nisi mulier, diu fuisse sterilis, & quando
 aliquādo diuerisset, quia tunc præcedens cohabi-
 tatio, & q̄ natus quis sit ex uxore, non probant illā
 fore

fore conceptum ex marito: sed requiritur ulterius, q̄ probetur tractatus, & nominatio filiationis: si tñ concubina, aut uxor, q̄ recessit, postea fuisset reuer-
sa, & peperisset filium in domo uiri, natus præsumi-
tur illius filius, ut h̄ per D. Andr. Barba. post Abba.
& alios in d. c. per tuas. ¶ Præterea & tertio cum d.
Ioan. Baptista natus ex D. Laura uxore d. Francisci
non fuerit natus in domo illius, item cū dicta uxor
recesserit à uiro, neque denuntiauerit infra trigin-
ta dies, item ipse natus non fuerit nominatus, nec
tractatus ut filius à Francisco, nec cōiter habitus, ut
filius Francisci à uicinis, sed per testes productos
ad fauorem Ioannis baptistæ probetur tractatus fi-
liationis non ipsius Francisci, sed alterius cuiusdā
tertij, in cuius domo natus fuit, quiq; uocauit ob-
stetrices, quæ interessent natiuitati, & coadiuuarent
parturientem, natumq; tradidit nutriendum suis
impensis, baptizari fecit, & compates uocauit, &
assumpsit, q̄ leuarent natū de sacro fonte, scripsit
super libro suo natiuitatem, & diem natalē ipsius
Ioannis Baptistæ, q̄ omnia arguunt tractatum pa-
ternum illius tertij, ut uolūt doct. in d. c. transmiss-
sæ, & in d. c. per tuas, qui filij sint legi, & in d. c. p. tuas
deprobato, sequitur, q̄ h̄mōi tractatus tertij in hac
re dubia debet operari, q̄ potius præsumatur filius
tertij, q̄ ipsius mariti, qm̄ ille tractatus repugnat præ-
sumptioni, quæ oriretur ex eo, q̄ natus esset ex vxore
Francisci, ut probatur in d. c. per tuas, & ibi doct.
cōiter post D. Anto. & maxime cū ultra tractatum
habitum ab illo tertio ipse Ioannes baptista fuerit
natus in domo illius tertij post recessū ex domo vi-
ri, & ab illius cohabitatione, & benè ad p̄positū no-
bis inferuit id, qd̄ uoluit Bal. in l. si matre C. de suis,
& legi, q̄ ponit hæc uerba, sed hic quæritur de quæ-
stione vulgaris: multoties accidit, q̄ mulier, primo
uiro mortuo, statim nubit secundo, deinde parit
intra nouem menses, quia partus pōt esse ex primo
uiro, & ex secundo, quæritur, cuius sit filius, & cui
succedat. Iaco. de Rauē. dicit, q̄ neutri, ut refert
Cyn. in l. uulgo ff. de statu homin. tu dic, q̄ succedit,
& est filius illius, in cuius domo natus fuit d. l. filij:
sed in casu nostro natus fuit in domo illius tertij,
item tractatus fuit ab illo, ut filius, ergo in hac re
dubia debet potius iudicari, illū esse filiū illius ter-
tij, qui diu habuit commercij carnale cum dicta
D. Laura ante cōceptionē, & post, & ante recessum
& post, & qui plures ex illa progeniuit filios, ut dē
probatum esse, q̄ ipsius Francisci mariti. Et sequen-
do hanc conclusionem, modo rādeo ijs, quæ in 3.
rium supra adducta fuere, & in primis dum diceba-
tur, q̄ p̄ cohabitationē, quæ fuit inter ipsum Frā-
ciscum, & D. Lauram eius uxorem, debet p̄sumi
natus ex uiro, & non ex adultero, quia qm̄ sumus in
dubio possibilis honesti, & possibilis inhonesti, sem-
per debet capi interpretatio possibilis honesti. l. mi-
les §. de functo ff. de adult. quia ex proximè dictis,
& ex alijs supra colligitur rātio, nam prædicta sunt
uera, q̄ qm̄ cū cohabitatione coniugū concurreret
hoc, q̄ natus fuisset in domo uiri, uel ab eo fuisset,
ut filius tractatus, aut nominatus ad tradita p. Bart.
in d. l. filium, & in d. l. siue 3. §. quia plautianum in 3.
col. & ita propriè loquitur tex. in d. l. miles §. de fun-
cto, ut h̄ p. Bal. in d. l. si uicinis, & in d. l. si matre, sed
in casu nostro solū cōcurrit cohabitatione coniugū
præterita, & tractatus alterius tertij adulteri proba-
tur, itē in domo illius tertij natus fuit d. l. o. Baptista
ergo debet potius p̄sumi, q̄ natus fuerit filius il-
lius tertij adulteri, q̄ ipsius mariti. Secundo ex quo
D. Laura sponte recessit, & aufugit a uiro, neq; de-
nuntiavit se prægnantē infra triginta dies, & extra

domum uiri peperit, præsumptio est, q̄ non dicat
natus ex uiro, quis hoc non noceat ipsi nato, quin
potuerit probare se filium mariti, prout probare
debeuit per tex. in d. l. i. cum gl. in §. debeat, & in §.
si mulier, & in §. ad per 3. rium, puta probando, q̄
natus fuerit natus, aut tractatus, seu reputatus, ut
filius, uel q̄ natus fuerit in domo, ut dictum est, &
hoc est uerissimū, sed pro parte Io. Baptistæ hæc nō
fuerunt probata, sed potius 3. rium, v. c. 3, q̄ natus fue-
rit in domo adulteri, itē ab illo, ut filius tractatus,
ergo & c. Non obstat fm̄ motiuum de is, q̄ h̄r per
Cyn. & Alberi. in d. l. si uicinis, q̄ Quia rādetur, q̄ il-
lud est, quia nulla erat cōiectura, nec præsumptio,
q̄ esset filius alterius certæ personæ, cum esset pro-
creatus in lupanari, & in loco publico, quo casu, q̄
censetur vulgo conceptus, & patrem non habere
certum, ut in d. l. quiq; in fi. cum simil. unde fauore
matrimonij, & filiationis fit interpretatio, ut ex ma-
rito dicatur procreatus, quia possibile fuit ipsum il-
lam cognouisse: At in casu nostro adest p̄sumptio
3. ria, quia natus fuit in domo adulteri, & ab eo fuit
tractatus, ut filius, & post recessum à uiro ipsa mul-
lier non denuntiavit infra triginta dies, ergo sumus
in alio casu penitus diuerso, & habente rationē di-
uersam. ¶ Non obstat tertium motiuū de ijs, quæ
h̄r per Abb. & Barba. in d. c. per tuas in 1. not. quia
illa d. Abb. & Barbatij ego induxi supra 3. ipsum Io.
Baptistam; nam præfati doct. & omnes alij fun-
dant se in hoc, q̄ quis natus fuit ex uxore in domo
uiri secum cohabitante, quis forte diu fuerit steri-
lis, seu interim ipsa uxor steret tpe, quo erat gra-
uida absens, quia recesserit à marito, qm̄ si uerba po-
stea pariat in domo uiri, tunc natus præsumitur fi-
lius uiri, & non alterius ē adulteri: sed in casu no-
stro non fuit natus in domo uiri, nec ab eo nomi-
natus filius, neq; ut filius tractatus, neq; pro tali à ui-
cinis reputatus, neq; ipsa uxor ad uirum fuit reuer-
sa, sed potius ē 3. q̄ natus in domo adulteri, ab eo
ut filius tractatus, & post recessum à uiro ea nō de-
nuntiavit se prægnantem, ergo illa doctrina Abb.
Barb. & aliorum nihil facit. ¶ Non obstat ultimum
motiuū de uerbis Decij in d. c. p. tuas in sua distin-
ctione in 3. & 4. capite; q̄ quia primo dici pōt, illā
esse distinctionem nouam ex suo capite factam p̄-
ter, & cōtra mentem aliorum doctorum, de quib.
supra, qui in terminis nostris cōtrarium inferre vñr
& ideo iudicando nō esset standum illi doctrinæ:
Secundo, dico, q̄ casus noster est casus longè diuer-
sus, in quo omnia ista concurrunt, primo quia pro-
batur hanc D. Lauram diu, & ante, & post recessum
suum, & ante, & post conceptionem commissis-
se adulterium cum illo tertio, & ex eo plures pro-
creasse filios, item illam recessisse, & ultro aufugis-
se à marito, & ut asseritur, prægnantem, & à die di-
scensus non denūciasse se prægnantē infra triginta
dies, itē nunq̄ reuersam fuisse ad uirum, & peperis-
se in domo adulteri, natumq; fuisse, ut filiū tracta-
tum ab adultero; & ipse natus postea in quæstione
filiationis mora non probauit se aliter filium esse
ex marito: quæ omnia inferunt illum non esse, seu
p̄sumi filiū mariti, sed potius alterius, hoc est adul-
teri, ut ex prædictis colligitur: At Decius in d. c. per
tuas loquitur, qm̄ natus esset in domo uiri, quis ma-
ritus steret absens, ut est tex. in l. i. §. si quis longè
ff. de libe. agnoscen. & Bal. quē Decius allegat, clarè
non loquitur, sed illius uerba sunt declaranda ex
ijs, quæ ipse dixit in d. l. si matre, ubi clarius loquit,
& concludit, censeri filium illius, in cuius domo
natus fuit, & tanto magis, si ab illo fuit, ut filius ra-
ctatus per prædicta, ueluti ēt ipse Dec. sentit ibi in
quarto

quarto membro suae distinctionis: & q̄ Decius loquitur q̄ natus esset filius in domo viri ex uxore, quae aliquā recessit. & postea ad uirū fuit reuersa, colligit ex uerbis Abb. ibi in 1. not. ad cuius declarationē Decius posuit illā suā distinctionē, & si bene eius uerba inspiciantur, clarissimē apparebit eū loqui in casu, quo vxor peperisset in domo uiri. & deinde ēt natus fuisset tractatus, seu notatus, ut filius à marito, ergo nihil ad ppositū nostrū. Reliqua supplēda relinquo clarissimo dño meo Auditori, cuius intergerimo iudicio haec mea dicta subijcio. Laus D.

S V M M A R I V M.

- 1 Spurius ex testamento, & ab intestato succedit matri, quae nō est de illustri familia.
- 2 Secus est in incestuosus, & nato ex coitu adulteri nō, & accensibilis, & num. 16. & 23.
- 3 Incestuosus, & natus ex coitu accensibilis, & damnabili promissus ad episcopatum censetur fieri capax successionis tam paternae, quam maternae: & quomodo hoc procedat. num. 24.
- 4 Spurius, uel aliter incapax religionem ingrediens successionis, & relictus paterni capax efficitur, & legitimatus censetur. Contra, & quomodo hoc intelligatur. num. 29.
- 5 Religionis ingressus liberat à seruitutis iugo, et à patria potestate, quam liber ingratitudinis causam purgat, & omnem tollit irregularitatem.
- 6 Episcopus effectus à seruitute, & patria potestate liberatur.
- 7 Episcopi pares sunt apostolico quoad ordinē, & consecrationē, quamuis minores quoad administrationem.
- 8 Episcopi maioris dignitate, quam monachi.
- 9 Monachus factus episcopus de filio p̄r. et à iugo regulae liberatur.
- 10 Ad episcopatum non p̄t promoueri nisi legitimus, uel legitimatus.
- 11 Spurius, & illegitimus dispensatus ad episcopatum, & ad spiritualia censetur dispensatus, & legitimatus et quoad temporalia, & successiones hereditarias: Contra. num. 24. usque ad num. 33. & num. 34. usque ad num. 43.
- 12 Ius adeundi durat per triginta annos à die mortis defuncti, de cuius hereditate agitur.
- 13 Et per alios triginta, quando ab intestato quis, cessante causa testamenti, posset, & uellet adire.
- 14 Natus ex archiepiscopo, et uidua est adulterinus, & incestuosus filius.
- 15 Filij presbiterorum in aliquo patri non succedunt.
- 16 Presbiteri, & episcopi matrimonium contrahunt eū ecclesia. Et propterea rem cum muliere et soluta habentes adulterium committunt.
- 17 Filij clericorum in sacris dicuntur incestuosi, & adulterini.
- 18 Ac etiam sacrilegi.
- 19 Concubinam habere est clericis à iure prohibitum.
- 20 Hereditas non adita transmittitur, quando potest dici delata, secus si non potest dici delata.
- 21 Incestuosus, & ex coitu reprobo procreans filios quomodo de bonis suis possit disponere.
- 22 Natus ex sacerdote, seu in alia eminenti dignitate constituto, & muliere concubinaria est spurius, & incapax omnis successionis, & relictum illi à parentibus cui acquiritur.
- 24 Episcopalis dignitas superueniens in spurio maxime nato ex humili muliere, ex uiro in eminenti dignitate constituto non efficit illum legitimatum.
- 25 Spurius natus ex humili muliere, & ex uiro in eminenti dignitate constituto nullo modo potest legitimari.
- 26 Archiepiscopalis dignitas est eminens, in d̄ eminentissima inter alias dignitates.
- 27 Legitimandi spurios, & naturales multi sunt modi.
- 28 Legitimationis effectus proprius quis sit. Per legitimatorem spurius in patriam transit potestatem.
- 30 Dispensatus si quis sit ad spiritualia, ut ad ordines sacro, an dicitur legitimatus.
- Dispersare quoad spiritualia, et legitimare quoad temporalia differunt.
- 31 Relictum factum filio spurio, si ingrediat monasterium, quō ualeat.
- 32 Filio spurio multis modis ualide relinqui potest.

- 33 Spurius qui per oblationem curiae, et per ingressum religionis legitimatur.
- 35 Dispensationes, quibus spurii, et incestuosi ad spiritualia, et dignitates ecclesiasticas habilitantur, sunt stricti iuris, & odiosae.
- 36 Et in illis non fit extensio de uno casu ad alium penitus diuersum etiam ex maiori ratione. num. 37.
- 38 Secus si in dispensatione esset expressa ratio, quae militaret in casu, ad quem extensio fieret.
- 39 Habilitatus à papa quoad spiritualia, & temporalia, & quando solum quoad spiritualia censetur habilitatus.
- 40 Legitimationis, & dispensationis differunt.
- 41 Legitimatus, seu dispensatus quoad ordines sacros, & spiritualia quod non sint legitimatus, & dispensatus quoad successiones parentum, est uerior opinio.
- 42 Doctores excellentes credunt de consuetudine loci.
- 43 Legitimationis, seu dispensationis quoad parentum successiones non ualere sine clausula non obstant aliquali lege.
- 44 Hereditas tota filio capaci instituto accrescit, quando pro parte spurii, & pro parte alius filius capax fuit à parentibus heredes institutus.
- 45 Relictum à patre filio spurio, qui ex ipso patre in eminenti dignitate constituto, et ex uili femina sit natus, quib. acquiritur.
- 46 Filij sacerdotum post sacerdotium nati ad successionem parentum non admittuntur.
- 47 Nepos legitimatus ex filio spurio etiam uiuente nō potest ab auctore sine causa praeteriri, alias testamentum nullum diceretur, & num. 49. Contra. num. 52. usque ad num. 55.
- 48 Nepos natus, uel nasciturus, data incapacitate filij, est ab auctore institutus.
- 50 Auctori nepotem legitimatum ex filio spurio ualide nō instituit maxime alia legitima suble extante, & tunc idem est etiam in auctore. num. 51.
- 53 Nepos ex spurio quando ab auctore, uel ab auctore potest heredes institui, & quando non.
- 54 Nepos praeteritus quando auctori testamentum rumpat.
- 56 Taciturnitas longi temporis, fraternitatis concursus, dati, & accepti ratio sepius inuicem reddita iuri, de quibus nulla inquam inter se fuit mentio facta, remissionem inducunt.

E P I T O M E.

Filius spurius natus ex Archiepiscopo, seu alio uiro in eminenti dignitate constituto, & humili muliere habens à matre ualide non instituitur, et si factus esset episcopus, & p̄p̄ta hereditatem illam nondū aditam, cuius ipse est incapax, non transmittit. Sed ea alteri coheredi capaci accrescit.

Dispensatus, seu habilitatus per Papam in forma latissima ad dignitates ecclesiasticas, episcopales, & alia beneficia ecclesiastica non dicitur habilitatus, & legitimatus ad temporalia, et successiones legitimas, & testamentarias paternas, & maternas, quamuis episcopus esset factus.

Nepos legitimatus ex spurio, qui natus sit ex patre in eminenti dignitate constituto, & humili muliere, ab auctore ualide, & recte in suo testamento praeteritur.

C A S V S C O N S I L I I.

Catherina mulier uidua ex humili genere orta amplum habens patrimonium diu cum quodā Archiepiscopo cohabitauit, & ex eo duos filios masculos peperit, Ioannem uidelicet, & Philonem, qui Ioannes ad petitionem Archiepiscopi patris sui fuit ab habente potestatem in amplissima forma legitimatus, & praecipue ut patri, matrique ex testamento & ab intestato uniuersaliter succedere posset. Philos autem cum à Papa dispensationem consequendi, & retinendi beneficia, & dignitates ecclesiasticas etiam episcopales obtinisset, fuit in episcopum electus, filiumque habuit, quem in pleniori forma, adhuc uiuente dicta Domina Catherina ab habente potestatem legitimat impetrauit. Post quae Catherina mater praedictorum suum ultimum condidit testamentum, in quo dictos Comitē Ioannem, & D. Philonem episcopum